

10536.

Q. D. B. V.
THESES ~~54~~.91.
JURIDICAS

sub
PRÆSIDIO
*VIRI Nobilissimi, Consultissimi
atque Excellentissimi*

DN. JO. HENRICI
FELTZII,

D. & P. P. Facultatisque Juridicæ
Decani spectabilis

Die 27. Sept. M. DCC XVII.

In Publico Eruditorum Congressu
solemniter defendet

FRANCISCUS MARIA GAYOT,
Parisinus.

ARGENTORATI

Typis Viduæ JOSIÆ STÆDELI, Univerf. Typogr.

Diss. jur. civ.

558,24

note

II. 409. Vol 243. S. L.

10. 52



THESES
JURIDICÆ.

Thes. I.



Us repræsentationis locum
habet in linea rectâ descendenti in
infinitum in collateralibus usque ad fra-
trum filios.

II.

Spurii Jure Civili succedunt matri, secus Jure Gallico.

III.

Pacta nuda Jure Canonico actionem non produ-
cunt.

IV.

Contractuum bonæ fidei & stricti Juris hodie usus
non est.

V.

Ex mutuo Jure Civili non debentur usuræ.

A 2

VL

VI.

Commodatarius tempore Incendii non tenetur res suas postponere commodatis.

VII.

Actioni pignoratitiæ præscribi potest.

VIII.

Contractus Chirographarius uti Jure Romano obtinuit hodie locum non habet.

IX.

Emptor ultra dimidium læsus est si pretium datum rei valorem ultra alterum tantum excedat.

X.

Singularis successor expellere potest conductorem ante tempus locationis finitum.

XI.

Jus protimiseos domini in Emphiteusi tantum locum habet in venditione ejusdem.

XII.

Si duo focii erga fiscum circa suum commercium deliquerunt & ex delicto communi in poenam condemnati sunt pro rata damnum dividi potest.

XIII.

Mandatarius ad minorem quam latam culpam tenetur.

XIV.

Negotiorum gestor tenetur ad culpam levissimam, aliquando tantum ad latam si occupat negotia aliàs peritura.

XV.

XV.

Tutor tenetur ad culpam levem.

XVI.

Actiones familiae erciscundae & communi dividundo recte possunt mixtae appellari.

XVII.

Creditorum defuncti obligant heredem non semper ex quasi Contractu sed aliquando ex vero.

XVIII.

Quod civiliter tantum indebitum est non condicatur.

XIX.

Pro invito debitore solvi non potest.

XX.

Acceptilatio in usu esse desinit.

XXI.

Differt delegatio a cessione.

XXII.

Etiam pupillus in novationem venire potest sine tutoris auctoritate ad effectum liberationis.

XXIII.

Plures sunt modi tollendarum obligationum, quam qui recensentur in Institutionibus.

XXIV.

Emtor ante traditionem rei surreptae actionem furti non habet.

XXV.

XXV.

Dominus rem suam rapiens cadit Jure suo.

XXVI.

Actio Legis Aquiliae etiam institui potest, si liber homo sit occisus.

XXVII.

Actio injuriarum recantatoria durat 30. annis.

XXVIII.

Actio de dejecto vel effuso non datur contra de-
jicientem.

XXIX.

Exercitor Cauponae tenetur de rebus viatoris etiam si apud eum perierint per factum hospitem.

XXX.

Actiones praediciales neque sunt reales neque personales.

XXXI.

In actione negatoria regulariter probat reus.

XXXII.

Actio quod metus causa datur contra tertium possessorem.

XXXIII.

Actio Publiciana est actio petitoria.

XXXIV.

Compensatio locum habere potest & in actionibus realibus & personalibus.

XXXV.

XXXV.

Si debita sint illiquida tunc non compensatio
sed reconventio locum habet.

XXXVI.

Beneficium Competentiæ est exceptio perso-
nalis.

XXXVII.

Magister Navis potest sine Mandato exercitoris
cum effectu substituere.

XXXVIII.

Filius Familias contra Senatusconsultum Mace-
donianum pecuniam accipiens ad restitutionem non
obligatur, etiamsi sacris paternis postea excedat.

XXXIX.

Actio de pauperie non tantum datur contra do-
minum animalis verum etiam contra possessorem.

XL.

Non omnis qui excipit liberatur a probatione.

XLI.

Exceptiones dilatoriæ regulariter opponuntur ante
litis contestationem.

XLII.

Litis contestatio est actus quo reus ad Intentio-
nem actoris affirmative vel negative respondet.

XLIII.

XLIII.

Advocatus differt a procuratore.

XLIV.

Officium Judicis est judicare secundum acta & probata.

XLV.

Processus circa delicta publica raro exercetur accusatione ordinaria sed vel ad denuntiationem vel inquisitionem ex officio.

XLVI.

Delicta extraordinaria hodie sunt publica.

XLVII.

Uti omnia quæ poenam corporis afflictivam hodie infligunt.

